



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

331. feria 3. de alijs perfectionibus divinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

588 FERIA 3. DOMIN. 23. POST PENTECOST.

MEDITATIO CCCXXXI.

FERIA 3. DOMIN. 23. POST PENTECOST

De alijs perfectionibus divinis.

**V**idebo coelum & terram quasi quodam pelago Majestate Dei plenam, unde omne fluit bonum, & refluit. Petam id asequi amplius.

1. Deus est *Lux* sine caligine, causa omnis lucis, spiritualis, & corporalis; Fructus lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate. Ad eos fructus obtinendos recurram ad Christum. *Lux* Christus in columna, ut electis luceat, ignis impijs, ut consumat, ait Augustin.

2. Deus *Magnificus* magna nobis contulit in natura, majora in gratia, maxima conferet in gloria, ideo ait Isaias cap. 30. *Solummodo ibi magnificus est Dominus Deus noster.*

3. Deus est *Majestas*. Majestati debetur reverentia, quam comitatur honor, timor, & amor. Illi subijciamur, sub quo jacere supra mundum stare est, ait D. Paul. Epist. 4.

4. Cessante actu interno cessat augeri meritum. Ne cessetur à meriti augmento, *Deus est Merces* magna nimis in se, & nobis juxta meritorum exigentiam, ut *magnus es, ita & magna merces tua, quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua.* S. Augustin. Soliloq. 36. In mensura justis; quia nec unicam bonam cogita-

Feria

gita

quia

nima

serm.

suble

remu

fluent

capax

merit

tua?

5.

tot g

suum

Perfe

quam

ex 50

est, q

suit

6.

appel

David

Cyri

Patre

Dei

celler

gust

7.

solun

gisque

*Feria 3. Domin. 23. post Pentecost. 589*

gitationem sine premio relinquit: *Bona:* quia pro bonis operibus in gratia factis: *minima nostra non contemnit Deus*, ait August. serm. 6. de Verb. Dom. *Conferta:* quia nos subleuat ad vivendum se: *Coagitata:* quia remuneratur ultra condignum: *Et superef-fuente:* quia in corpus redundat, quantum capax est. *Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat, nisi munera tua?* Ait S. Augustin. Lib. 9. Confess. cap. 13.

5. Deus est *Misericors*, succurrit lapsis, & tot gehennas promeritis! non passus Solem suum occidere super iram contra Adam. *Perfecta est misericordia, ut ante occurratur, quam roget indigus*, inquit S. August. Hom. 39. ex 50. Magnam sui molestiam nostri misertus est, quia, ut ait S. Leo serm. 8. de Pass: *Parvo fuit reprobari, voluit exhonoriari.*

6. Deus est *Nobilis*: ideo Christus Luc. 6. appellatur homo nobilis, non solum, quia ex David, sed multo magis, ut hic loquitur D. Cyrill. *Nobilis secundum ineffabilem ortum a Patre.* Deus igitur Nobilis. Si genere Filij Dei sumus, cur non moribus? *Invidia de excellentia litigat, quid Te excellentius?* S. Augustin. 2. Confess. 6.

7. Deus odit omne malum, propter quod solummodo averfatur creaturas suas, magisque odit peccatum, quam amaverit vitam  
Filij

590 *Feria 3. Dom 23. post Pentecost.*  
Filius sui, ut ait in quodam sermone Concil.  
Ephes. *Deus non pro re injuriosa habuit, quod  
est causa salutis ac remedij animarū.* Et Theo-  
phylact. in Joann. cap. 13. *Deus pro re decenti  
habuit, quidquid ad animarum salutē, bonūq;  
spirituale pertinebat.* Detestabor omne pecca-  
tum, quia, ut ait D. Chrysost. Homil 25. ad  
pop. *Nihil aliud triste, quā Deum offendere.*

8. *Deus est Omnipotens.* Imitamur tene-  
brosam omnipotentiam mancā libertate  
faciendo impunē, quod non licet, inquit D.  
Augustin. lib. 2. Conf. c. 6 *cur non potius  
omnem nostram potentiam Legi divinæ ac-  
commodamus? Vellem plus posse? Quid-  
quid vis, & non potes, factum Deus computat.*  
ait S. Augustin. in Psalm. 37.

9. *Deus usque modo operatur* D. August. in  
Psalm. 103. in verba illa: *Diabolus stet à dex-  
tris ejus,* ait: *Dictum est, quia opera diaboli  
preposuit operibus Dei Cū spiritualia instant,  
exteriora differantur,* monet D. Greg. in lib.  
Reg. cap. 16.

10. *Deus est Pater noster,* cujus imago  
sumus: intellectu enim nostro Deum capere  
possumus. *Filius honorat Patrem, si ergo Pa-  
ter ego sum, ubi est honor meus?* Malach 1.

MEDITATIO CCCXXXII.

*Feria 4. Domin 23. post Pentecost.*  
*De alijs perfectionibus divinis.*

E Stea